UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

**Polanco, Juan-Alphonso de**

**[Köln], 1617**

Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41600**

Visual Library

# AD LECTOREM.

INTER cæteræ pietatis officia in quibus Societas Ieſu pro data ſibi à diuina liberalitate gratiæ menſura, verſari ſolet, illud ſanè audiendarum confeßionum, quod ad iuuandum hominum ſalutem imprimis eſt neceſſarium, frequentißimè obire conſueuit. Cùm igitur viſum eſſet expedire, vt presbyteri huius Societatis diuerſißimis orbis regionibus diſiuncti vnam, eandemq; rationem in hoc miniſterio gerendo ſequerentur, quemadmodum vno atq; eodem ſpiritu ad promouendam hominum ſalutem dicuntur, datum fuit mihi negotium à R. P. noſtro Præpoſito vt quàm aptißimo ordine poſſem, in compendium ea redigi curarem, quæ partim lectione, partim obſeruatione, crebriſq; tum meis, tum aliorum experimentis vtilia eſſe & con-

*Munus Societatis Ieſu frequentißimũ.*

*Ratio huius libri componendi.*

*Ratio huius libri vulgandi.*

confeſſarius & confitentibus comperiſſem Nec verò quiſquam exiſtimet, id nobis fuiſſe propoſitum, vt Summam cauſam conſcientiæ conficeremus, quin potiùs ad huiuſmodi doctrinam ex aliis Doctoribus petendam hortamur: Sed id agebamus hoc breui compendio, vt circa modũ in confeſſionibus procedendi eſſet Sacerdotibus noſtræ Societatis vna propoſita regula, ad quam præcipuè, quæ ad hanc functionem pertinent, dirigeremus: ſeruantes eam vnionem in illa exequenda, quam omnibus in rebus tenere, propter Chriſti obſequium ante omnia expetimus. Verùm cùm plurimis exemplaribus egeremus, quæ manu exarari vix etiam longiſſimo tempore potuiſſent, ſtatueramus Typographorum opera vti, & omnia quæ excluderentur volumina recipere, vt ea inter noſtros duntaxat diſtribueremus: ita quidem feciſſemus, niſi Reuerendiſſimus Archintus ſummi Pontificis in alma Vrbe Vicarius (qui vnà cum Magiſtro Sacri palatij, de libris qui Romæ imprimuntur,

comperiſſem
et , id nobis
am cauſam
in potiùs ad
liis Doctori-
Sed id ageba-
vt circa modū
eſſet Sacerdos
propoſita re-
, quæ ad hanc
igeremus : ſer-
la exequenda,
enere , propter
omnia expeti-
exemplaribus
rari vixetiam
ſent , ſtatuera-
vti, & omnia
inæ recipere , vt
diſtribueremus:
ſi Reuerendiſsi-
ntificis in alma
cum Magiſtro
i Romæ impri-
muntur.



muntur, cenſuram ferre ſolet) nos, cùm hunc tractatum vidit, ad euulgandum illum, & cum aliis etiam extra Societatem communicandum fuiſſet hortatus. Qui ſperare ſe aiebat, multos, non confeſſarios & confitentes fructum non mediocrem ex illo eſſe capturos. Nos verò, qui labores omnes noſtros, ac nos ipſos publicæ animarum vtilitati, ad Dei gloriam conſecrauimus, vt aſpernari non debuimus iudicium huius ſapientiſsimi Præſulis, ita hac in parte eius ſancto deſiderio repugnare nullo modo auſi ſumus. Quare permiſimus, vt libellus hic in lucem prodiret. Precamur autem inexhauſtam Dei miſericordiam, vt tam confeſſarios ipſos, quàm pœnitētes, per pœnitentiam veram à peccatis purgatos, ad feliciſsimum illud regnum, in quo nihil intrat coinquinatum perducere dignetur, Amen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN